

# ZELENÝ ČTVRTEK - PAMÁTKA VEČEŘE PÁNĚ.

Statio: Bazilika sv. Jana v Lateránu

Mše sv. na památku Večeře Páně je vrcholem Zeleného čtvrtka. Tento den se neslouží soukromé Mše. Dnes si připomínáme také ustanovení svátosti kněžství

Po stupňových modlitbách introitu a Kyrie kněz zaintonuje slavnostní Gloria, které doprovází varhany, zvony a zvonky. Potom varhany a zvony umlknou až do velikonoční vigilie.

## Introitus – vstupní antifona *Gal 6, 14*

**N**OS AUTEM gloriári opórtet in Cruce Dómini nostri Iesu Christi: in quo est salus, vita et resurréctio nostra: per quem salváti et liberáti sumus. *Ps. 66, 2* Deus misereátur nostri, et benedícat nobis: illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri. **N**os autem...

My se máme honosit v Kříži našeho Pána Ježíše Krista, v Něm je naše spása, život a vzkříšení, v Něm jsme zachráněni a vysvobození. *Žalm 66, 2* Bože, smiluj se nad námi a žehnej nám, nechť se rozjasní tvá tvář nad námi. **M**y se máme honosit...

## Oratio – vstupní modlitba

**D**eus, a quo et Iudas reátus sui pœnam, et confessiónis suæ latro præmium sumpsit, concède nobis tuæ propitiatiónis effectum: ut, sicut in passióne sua Iesus Christus, Dóminus noster, diversa utrísque íntulit stipéndia meritórum; ita nobis, abláto vetustátis errore, resurrectiόnis suæ grátiam largiátur: Qui tecum vivit.

Bože, od něhož dostal Jidáš trest za svou vinu a lotr odměnu za své vyznání, dej, aby se na nás účinně projevila tvoje slitovnost; jako totiž náš Pán Ježíš Kristus ve svém utrpení těm dvěma různě odplatil podle jejich zásluh, tak nechť i nám udělí milost svého vzkříšení, když nás vyvedl ze starého bludu, jenž s tebou žije a kraluje.

## Lectio – čtení *1 Kor 11, 20-32*

**L**ectio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios. Fratres: Conveniéntibus vobis in unum, iam non est domínicam cenam manducáre. Unusquisque

Čtení z listu sv. apoštola Pavla Korintským. Bratři, když se scházíte, už to není večeře, jak ji ustanovil Pán. Každý si totiž bere, co si přinesl k jídlu, takže potom

enim suam cenam præsúmit ad manducándum. Et álius quidem ésurit, álius autem ébrius est. Numquid domos non habétis ad manducándum et bibéndum? Aut ecclésiam Dei contémnitis, et confúnditis eos, qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accépi a Dómino, quod et trádidi vobis, quóniam Dóminus Iesus, in qua nocte tradébatur, accépit panem, et grátias agens fregit, et dixit: „Accípite, et manducáte: hoc est corpus meum, quod pro vobis tradétur: hoc fácite in meam commemoratiónem“. Simíliter et cálicem, postquam cenávit, dicens: „Hic calix novum testaméntum est in meo ságuine: hoc fácite, quotiescúmque bibétis, in meam commemoratiónem“. Quotiescúmque enim manducábitis panem hunc et cálicem bibétis: mortem Dómini annuntiábitis, donec véniat. Itaque quicúmque manducáverit panem hunc vel bíberit cálicem Dómini indígne, reus erit córporis et ságuinis Dómini. Probet autem seípsum homo: et sic de pane illo edat et de cálice bibat. Qui enim mandúcat et bibit indígne, iudícium sibi mandúcat et bibit, non diiúdicans corpus Dómini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecílles, et dórmiunt multi. Quod si nosmetípsos diiudicáremus, non útique iudicáremur. Dum iudicámur autem, a Dómino corrípimur, ut non cum hoc mundo damnémur.

jeden má hlad, a druhý je napilý. Copak nemáte dost domů, kde byste se mohli najíst a napít? Či pohrdáte Církev Boží, že zahanbujete ty, kdo nic nemají? Co vám na to mám říci? Pochválit vás? V tomhle vás chválit nemohu. Co jsem od Pána přijal, v tom jsem vás také vyučil: Pán Ježíš právě tu noc, kdy byl zrazen, vzal chléb, vzdal díky, rozlámal ho a řekl: „Toto je moje tělo, které se za vás vydává. To číňte na mou památku“. Podobně vzal po večeři i kalich a řekl: „Tento kalich je nová smlouva, potvrzená mou krví. Kdykoli z něho budete pít, číňte to na mou památku.“ Kdykoli totiž jíte tento chléb a pijete z tohoto kalicha, zvěstujete smrt Páně, dokud on nepřijde. Kdo by tedy jedl chléb Páně nebo pil kalich Páně nehodně, proviní se proti tělu a krvi Páně. Proto musí člověk sám sebe zkoumat, a tak ať chléb jí a z kalicha pije. Kdo totiž jí a pije, a tělo Páně nerozlišuje od obyčejného chleba, jí a pije si odsouzení. Proto je mezi vámi tolik nemocných a churavých a mnoho jich už umřelo. Kdybychom se sami správně posuzovali, nebyli bychom trestáni. Ale když nás Pán trestá, je to k naší nápravě, abychom nebyli odsouzeni s tímto světem.

### Graduale *Phil 2, 8-9*

Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod et Deus exaltávit illum: et dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

### Evangelium *Jan 13, 1-15*

**+** Sequéntia sancti sancti Evangelíi secúndum Ioánnem. Ante diem festum Paschæ, sciens Iesus quia venit hora eius, ut tránseat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem diléxit eos. Et cena facta, cum diábolus iam misisset in cor, ut tráderet eum Iudas Simónis Iscariótæ, sciens, quia ómnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exívit, et ad Deum vadit, surgit a cena, et ponit vestiménta sua, et cum accepisset línteam, præcínxit se. Deínde mittit aquam in pelvim, et cœpit lavare pedes discipulórum, et extérgere línteo, quo erat præcínctus. Venit ergo ad Simónem Petrum. Et dicit ei Petrus: „Dómine, tu mihi lavas pedes?“ Respóndit Iesus et dixit ei: „Quod ego fácio, tu nescis modo, scies autem póstea“. Dicit ei Petrus: „Non lavábis mihi pedes in ætérnum“. Respóndit ei Iesus: „Si non lávero te, non habébis partem mecum“. Dicit ei Simon Petrus: „Dómine, non tantum pedes meos, sed et manus et caput“. Dicit ei Iesus: „Qui lotus est, non índiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi es-

Kristus se stal pro nás poslušný až k smrti, a to k smrti na kříži. Proto ho také Bůh povýšil a dal mu Jméno nad každé jiné jméno.

Pokračování sv. Evangelia podle Jana. Před velikonočními svátky. Ježíš věděl, že přišla jeho hodina, kdy měl přejít z tohoto světa k Otci. A protože miloval svoje, kteří byli ve světě, projevil jim lásku až do krajnosti. Bylo to při večeři. Ďábel už vnukl Jidáši Iškariotskému, synu Šimonovu, myšlenku, aby ho zradil. Ježíš věděl, že mu dal Otec všechno do rukou a že vyšel od Boha a vrací se k Bohu. Proto vstal od večeře, odložil svrchní šaty a uvázal si kolem pasu lněnou zástěru. Potom nalil vodu do umyvadla a začal učedníkům umývat nohy a utírat jim je zástěrou, kterou měl uvázanou kolem pasu. Tak přišel k Šimonu Petrovi. Ten mu řekl: „Pane, ty mi chceš mýt nohy?“ Ježíš mu odpověděl: „Co já dělám, tomu ty nyní ještě nemůžeš rozumět; pochopíš to však později.“ Petr mu řekl: „Nohy mi umývat nebudeš! Nikdy!“ Ježíš mu odpověděl: „Jestliže tě neumyji, nebudeš mít se mnou podíl.“ Šimon Petr mu řekl: „Pane, tak mi umyj nejen nohy, ale i ruce a hlavu!“ Ježíš mu odpověděl: „Kdo se vykou-

tis, sed non omnes“. Sciébat enim quisnam esset qui tráderet eum: proptérea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eórum, et accépit vestiméнта sua, cum recubuisset íterum, dixit eis: „Scitis, quid fécerim vobis? Vos vocátis me Magíster et Dómine, et bene dícitis: sum étenim. Si ergo ego lavi pedes vestros, Dóminus et Magíster: et vos debétis alter altérius laváre pedes. Exémplum enim dedi vobis, ut, quemádmódu ego feci vobis, ita et vos faciátis“.

pal, potřebuje si umýt jen nohy, a je čistý celý. I vy jste čistí, ale ne všichni.“ Věděl totiž, kdo ho zradí; proto řekl: „Ne všichni jste čistí.“ Když jim tedy umyl nohy, zase si vzal na sebe své šaty, zaujal místo u stolu a řekl jim: „Chápete, co jsem vám udělal? Vy mě nazýváte Mistrem a Pánem, a to právem: to skutečně jsem. Jestliže jsem vám tedy umyl nohy, já, Pán a Mistr, máte také vy jeden druhému umývat nohy. Dal jsem vám příklad: Jak jsem já udělal vám, tak máte dělat i vy.“

### Offertorium – antifona k obětování *Žalm 117, 16 a 17*

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini.

Hospodinova pravice mocně zasáhla, Hospodinova pravice mě vyvýšila, nezemřu, ale budu žít a vyprávět díla Páně.

### Secreta – tichá modlitba

**I**pse tibi, quæsumus, Dómine, sancte Pater, omnípotens ætérne Deus, sacrificium nostrum reddat accéptum, qui discipulis suis in sui commemoratióne monstrávit, hodiérna traditióne monstrávit, Iesus Christus, Fílius tuus, Dóminus noster: Qui tecum vivit.

Prosíme Pane, svatý Otče, všemohoucí věčný Bože, aby sám ten ti učinil naši oběť příjemnou, který v tento den svým učeďníkům ukázal, jak se má konat na jeho památku, totiž Ježíš Kristus, tvůj Syn, náš Pán, který s tebou žije a kraluje.

### Preface od sv. Kříži nebo o Eucharistii

#### Postcommunio – modlitba po přijímání

**R**efécti vitálibus aliméntis, quæsumus, Dómine Deus noster: ut, quod témpore nostræ mortalitátis exséquimur, immortalitátis tuæ múnere consequámur. Per Dóminum.

Občerstvení životodárnými pokrmami prosíme tě, Pane, náš Bože, abychom darem tvé nesmrtnosti dosáhli toho, co nyní konáme jako smrtelníci. Skrze našeho Pána Ježíše Krista.